



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

De recipiendis, & obseruandis Decretis Concilij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

asserenda ut quam fuerit, aut tam certò statutum; quod non, humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminauerint: ea propter sancta Synodus id postissimum curavit, ut præcipios hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret; veramque Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout dianauit, anathematizauit, & definituit. Cumque tandem Episcopi, ex varijs Christiani orbis prouincijs enocati, fine magna gregis sibi commissi iactura, & imminentia periculo ab Ecclesijs absesse non possint; nec illa spe restet, hæreticos, tories, fide etiam publica, quam desiderant, inuitatos, & tamdiu expectatos, huic amplus aduenturos; ideoque tandem huic sacro Concilio facili imponere necesse sit: supereft nunc, ut Principes omnes, quod facit, in Domino moneant ad operam suam ita præstandam, ut, quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis demuati, aut violati non permittant; sed ab his, & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obseruentur. Quod si in his recipiendis ⁱ aliqua difficultas oriatur; aut aliquam interderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulant, præter alia remedia, in hoc Concilio instituta, confidit S. Synodus Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel euocatis ex illis prætermis prouincijs, vnde difficultas orta fuerit, ijs, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Communionis generalis celebrationem, si necessarium iudicantur, ut commodiore quacumq; ratione ei visum fuerit, procuriarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesia tranquillitate consulatur.

DECLARATIONES.

De recipiendis, & obseruandis Decretu Concilij.

ⁱ *Aliqua difficultas oriatur.]* Caussis grauibus quæ committuntur in Rota apponatur haec clausula, quæ in causa Salamancae prima apposita fuit, scil. committatur in Rota, cum facultate inhibendi, prævia tamen matura caussa cognitione. *& Decretis Concilij in hac parte edit.* diligenter prius consideratus, & discussis in Rota.

Decretum

Decreta & literæ Congregationis Concilij semotis litibus sunt executioni demandantur, nec super his, sententia vel Decretum ali quod est iterum faciendum.

S.D.N. Gregorius XIII. reducit ad terminos Decretorum Concilij eas tantum materias, de quibus Concilium disposuit: eas autem de quibus Concil. nihil decrevit, reliquit in terminis in quibus erat ante Concil. & ideo si qua ipsis Regularibus priuilegia eo tempore indulta fuerunt, quæ Decretis Concil. non aduersantur, Sanctitas sua non sufficit.

In una Pisiciensi, Rota auocauit ad se quasi possessionem: opposuit se Prepositus, qui cum Abbatte de Florentia litigabat super iure visitationis de Decreto Concilij, c. 8. Sess. 21. Congregatio coosulta respondit, licuisse Rotæ auocare sibi quasi possessionem, & posse procedere in causa ad vltiora ora.

Cum dicitur: ante publicationem Concilij, non intelligitur in aliquaparticulari Diœcesi, sed ante Kal. Maij, 1564. secundum declarationem Pij IV. modo accedant reliqua.

S.D.N. Gregorius XIII. voluit illas tantum declarationes Pij IV. saluasse, de quibus literæ Apostolicæ iam expeditæ, vel supplicationes signatae & registratae fuerunt.

Episcopo Leodiensi, qui quæsivit, an publicatio Concilij Tridentini facta in Urbe, liget Leodienses, vbi nec hodie per Episcopum publicatum fuit? Respondit Congregatio ligare debere, modo concurrant quæ supra, Sess. 24. de Reform. Matrim. 1. §. Post triginta dies,

De recitandis Decretis Concilij, sub Paulo III.

& Iulio III. in Sessione.

Quoniam a diuersis temporibus, tam sub fel. rec. ^{a Suprà, Sess. 1. 6. 7. 13. &c.} Paulo III. quam Iulio III. multa in hoc sacro Concilio, quoad dogmata ac morum reformationem, statuta & definita sunt; vult sancta Synodus, ut illa nunc recitentur & legantur.

Recitata sunt.
Define Concilij, & confirmatione petenda à Santissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimique Patres, Placente vobis, vt ad laudem Dei omnipotentis huic sacræ OEcumenicæ Synodo finis imponatur: & omnium & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quam sub S.D.N. Pio IV. Romanis Pontificibus, in ea deicta & definita sunt, b confirmatione nomine sanctæ

Ss 5 huius

^b Iuxta Ge-
la Pap. super
Conc. Chal.
eed. & Pela-
giuum P.P. 2.
in Epist. De-
cret. & Mar-
cel. in Epist.
decretali, ad
Episc. An-
toch. prouin-
& Concil.
Chalc. Act.
3. & Nicod. 1.
apud Gratia-
num, d. 19. Si
Romanorū.